prohibenda ſunt. Ubi enim dī nomen inuocatur. dō ſacrificium offertur.
angelorum frequentia ineſſe non dubitabitur. Periculoſum eſt
tale aliquid dicere uel agere. quod loco non conuenit. Si enim dñs illos
de templo eiecit qui uictimas quae ſibi offerebantur emebant & uende-
bant. quanto magis illos iratus inde abiciat. qui mendatiis. uaniloquiis.
riſibus. & huiuſcemodi negotiis. Locum diuino cultui mancipata fedant.

I **M**iſſarum ſolemnia nequaquam alibi **DE CELEBRATIONE MISSARŪ**
niſi in eccla celebranda ſunt. Non in quibuſlibet domibus & in uilibus
locis. ſed in loco quem elegerit dñs. iuxta illud qđ ſcriptum eſt.
Uide ne offeras in omni loco holocauſta tua quem uideris. ſed in loco quem
elegerit dñs. ut ponat nomen ſuum ibi. Excepta ratione eorum qui
in exercitu pergentes. ad hoc opus habent tentoria & altaria dedi-
cata. in quibus miſſarum ſolemnia expleant. **UI NULLA FEMINA**

I **N**ulla femina cum pbro in una domo habitet. **CŪ SACRIS ORDINIBUS MORATUR**
Quamuis enim canones matrem & ſororem. & huiuſcemodi perſonas inqui-
bus idcirco nulla ſit ſuſpicio cum illo habitare concedunt. Hoc nos mo-
dis omnibus idcirco amputamus. quia in obſequio ſiue occaſione illa-
rum ueniunt aliae feminae. quae non ſunt ei affinitate coniunctae.
et eum ad peccandum inliciant. **DE EBRIETATE**

II **O**bſeruandum nobis eſt. ut & uos ab ebrietate abſtineatis. & plebem ſub-
ditum ut abſtineat praedicetis. Et neq; per tabernas eatis bibendo aut
comedendo. Neq; domos aut uicos curioſitate qualibet peragretis.